Dedo ecclesiam beati Petri apostolorum principis
inciavit, quam preventus morte fratri
suo Conrado consummandam reliquit, ha-
bens enim votum visitandi sepulchrum.

+f CCXLVIII b. Uxorem + suam Bertam, quam repudiaverat,
episcoporum consilio et iudicio recepit sicque
profectus in terram generacionis sue et lignum

~~ad dext.~~

Domini, quam in Monte Sereno fundare primi-
tus inceperat, transmisit, quod usque ad
presens ibi habetur. Hinricus autem iunior
Ileburg — marchio de Ileburg Conradum fratrem
predicti Dedonis orto inter eos bello captivavit
tco (vit — et lecto ferreo in Kirchberg multisque
malis oppressit. Post mortem autem Hin-
rici captivitate solutus, anno Domini
M°C°XXVII° liberalitate Luderi impera-
toris, marchiam Misnensem suscepit,
cui etiam marchiam Lusaceam, que
orientalis dicitur, idem imperator post-
modum concessit. Conradus itaque Misnensis
orientalis marchio accepit uxorem Luc-
th.² c.: 1 — chardam, filiam cuiusdam nobilis de
Swevia Alberti, que ei hos filios, Hinricum

~~Misnen~~

qui in pueritia obiit, Ottonem Misnensem
marchionem, Theodericum orientalem mar-
chionem, Dedonem comitem de Rochlitz,
Hinricum comitem de Wittin, Fredericum
ffilias — comitem de Brene. Filias quoque genuit
gerpsted — sex, quarum tres in Gerpstede fecit mona-
chas: Odam et Bertam abbatissam ibidem,
Agnetam Quedelingeburgensem abba-
tissam. Quarta Gertrudis nupsit palatino
Reni, que viro defuncto Christum heredem
faciens ecclesiam in Babinberg in honore
Theoderi — +f. CCXLVIII c. — sancti Theoderi construxit ibique monialibus +
Deo famulantibus se socians et sic in sancta
conversacione finivit vitam suam. Quinta
(Adela — Adela copulatur regi Danorum Swenoni,
Luch.² c.: 1 — qui genuit ex ea Lucchardam, quam duxit
Bertoldus marchio de Bavaria, qui cum genera-
a/ gra(ui)ssent c. — vissent Popponem Babinbergensem prepositum
et Bertam Gerbistadensem abbatissam coniunge-
(bistad)